

VITAM ET MERITA  
**D. SIMONIS MUSÆ I,**

SUMMI, NOSTRAE GERANAE ECCLESIAE,  
MOX POST REPVRGATAM RELIGIO-  
NEM, SACRORUM PRAESVLIS,

breviter delineat,

ET

*ILLVSTRISSIMOS CNMITES AC DOMINOS*  
JUNIORIS LINEAE RUTHENOS,  
DOMINOS A PLAVIA, ETC.  
NUTRITIOS GYMNASII CLEMENTISSIMOS

*nec non*

MAXIME VENERABILE

*DOMINORUM INSPECTORUN COLLEGIUM*  
ad

AUDIENDOS BENIGNE IV. ADOL·ESCENTES

de

APOSTASIA A VERA RELIGIONE

DICTVROS

SVBMISSE ET OBSEQVIOSE

INVITAT

M. JOH. HEINR. WOLFF SS. Theol. Baccal. & Illustris  
Ruthenei CON- RECTOR.

---

GERAE, Literis Wertherianis,

Biogr. erud.

D. 1632, 48

*W.H. Gräfungs Not. Buch*



Um memoriam repurgatae, Divi *Lutheri* ministerio, religionis, primo post decursum binorum seculorum in orbem redeunte recolimus anno, eorum etiam, qui una cum primo doctrinæ divinioris restauratore, & non longe post Eum, in id curam omnem omnemque industriam ac cogitationes omnes contulerunt, ut in lucem producta doctrinæ unice salutiferæ veritas sarta teœta conservaretur, merito recordamur. *Vere Theologus erat Lutherus*, Ipsius non dissimiles esse conabantur, id nominis qui tueri cupiebant, sanasque doctrinas non proponere falem, sed male sanas quoque & Sancto Dei verbo adversas opiniones, refellere, eque mentibus hominum removere studebant. Eos inter Theologos, non diu post obitum Lutheri pro veritate qui decertarunt egregie, jure suo referendus D. SIMON MUSAEUS, Nostræ Geranae Ecclesiæ Præsul Summus per aliquot annos, Doctorque insignis. De cuius laboribus, certaminibus quoqne variis, & scriptis utilissimis, cum eorum pleraque ad manum nobis, inquirentibus, venerint, quædam ad feram hac occasione, cum, uti de aliis pluribus, ita de nostra quoque præclarissime fuerit meritus, par & æquum esse existimavimus. Paucissima prius de genere Ejus & institutione præmittere si velimus, illud constat nobis, è quadam vitæ Ipsius, nobiscum à quodam cognato Ei materno è genere, communicata, eademque genuina recensione; quod anno M. DXXIX. proximis a paschate diebus, in Marchicis oris, in vico quodam, VETZSCHA,

ad

ad oppidum, COTWITZ, sub Dominio MARCHIO-  
NIS JOHANNIS, MARCHIONIS JOACHIMI  
ELECTORIS BRANDENBURGICI fratris, patre Si-  
mone Musaeo, matre Hedviga, prognatus. sit vide etiam  
de nomine Ipsius JOH. MOLLER. HOMONYMO.  
scop. p. 797. Nostra ætate inclaruere duo ipsius prone-  
potes, JOHANNES ac PETRUS MUSAEI, Theologi  
judiciorissimi, Prima literarum elementa & rudimenta  
edoctus, XIV. ætatis anno. *Francofurtum ad Oderam*  
dimisus, artibus liberalibus, Mystagogi quoque præcipue  
**GEORGIO SABINO**, genero Philippi Melanchthonis, o-  
peram dedit, Post in recens tunc constitutam, & quaqua  
versum celebrari cœptam Accademiam Wittebergensem,  
quo quævis bonæ mentes avidet tunc onvolabant, anno æ-  
tatis decimo sexto le contulit, & anno quidem M. D. XLV.  
ubi quidem per unum annum *Lutherum* audivit, PHI-  
LIPPUM quoque de hinc Melanchthonem, adhuc per  
unum annum, donec anno M. D. XLVII, a modo dicto  
Philippo Norinbergam ut Græcam. ibi doceret linguam  
ad Scholam S. Sebaldi, ablegarus fuit. Commendat Eum  
ob Græcæ Linguæ peritiam **HIERON. WOLFIUS**, in no-  
tis ad Tom. ult. Opp. Demoشنیس græco latinæ fol. II 4.  
edit. Basiliens, Anno 1572. Post hanc Officiis publicis ad-  
motus fuit, anno M. D. XLIX. *Fürstenwaldæ* in Mar-  
chia, ætatis iuxæ anno vigesimo, quo in loco filiam ma-  
ximam natu, BARBARAM primo, in conjugio e MAR-  
GARETHA ADELHEUSENA, honesti civis Cot-  
wizensis filia suscepit, quæ, quod memoratu dignum

judicatus, anno M. D. I X I I . hic CIRAF D. TIE-  
MANNO HESHUSIO, Theologo muli egregiis pro  
religione nostra editis Scriptis, Commentariis item in *Iesai-*  
*am* & *Epistolas Paulinas* celebratissimo, tunc Bipontini  
Principatus Superattendanti, in matrimonium fuit data.

Varias deinceps variis in locis persecutio-  
nesque, cum Episcopi Pontificii ubivis prope ad huc in-  
juste dominabantur, & Musæi similes persequerentur,  
percessus, anno M. D. L XI . cum *Ienensis Academie* au-  
spicie nuper facta esset, & Theologus magnus, D. ER-  
HARDUS SCHNEPFIUS, vivis excellerat, a Serenis-  
simis Vinariæ Ducibus, *Ienam* vocabatur. Cum vero,  
debellatis isthac tempore exteris religionis fanioris hosti-  
bus, intestinum quod dam Satanas, *DEI* salutisque homi-  
num aduersarius capitalis, suflaret bellum, per *Victori-*  
*num* videlicet *Strigelium*, doctrinam de *libero arbitrio*,  
qua viribus humanis, post lapsum primorum parentum,  
nimium quid in divinis rebus tribuebatur, afferente,   
Pientissimis tunc Principes Saxonie, *Synotum* quandam,  
*Vinariae*, per integras sex septimanas, institui curabant,  
inque ea, publico in conventu, (Cui quotquot in-  
teresse eruditorum Jena & aliunde, Lipsia Witteberga, co-  
venientium volebant, facultas audiendi omnia dabatur)  
præside D. SIMOME MUSAEO, MATHIAM *Flacium*  
*Illyricum*, cum VICTORINO *STRIGELIO*, hac de-  
re, liberi nemque arbitrii viribus, disputare cupiebant.  
DISPUTATIONIS hujus, præsentibus Serenissimis Sax-  
oni & Principibus, Anno M D L XI , Mense Augusto, insti-  
turæ,

tūtæ, cursus decuriosque integer, cum præfat, D. SIMONIS MUSAEI, ad Sereniss. Principem, IOHANNEM FRIDERICUM III. Saxonæ Ducem, editus Anno M.DL XII. 4to. Et hic sane Noster iste MUSAEUS Virum se Theologum præstítit. Hoc nimirum præter alia insignia & omni prædicatione literis monumentisque decoranda una exlurgentia, certamina, maxime insigne est certamen, in periclitantis tunc non parum Ecclesiæ salutem suscepsum, felicissimeque DEO opitulante decertatum, de quo ipsum Musæum in citata præfatione differentem audiemus: *Cum, inquit, hisce proximis annis, quibus fui in Thuringia, sub dominio Illusterrimorum Principum Saxoniæ, sanctissimi incomparabilisque Martiris Electoris (intelligit) JOHANN FRIDERICVM I.* surgite quotquot religionem veram non parvi penditis, & Herois istius divum caput, quod pro ea periculo omni obiicere voluit, hic & æternum veneramini ! ) filiorum, Deus præter alios meos charis simos Fratres, etiam me imbecillo organo uti voluisse, ad confutandas ore & scripto varias hujus temporis corruptelas, oppugnandosque quosdam seductores ibi, qui contra receptionem Lutheri, vestrarumque Ecclesiarum doctrinam insurexerant: *Quantum omnino potui ego aliique collegæ non solum id egimus ut veritas illustraretur & confirmaretur, erroresque confutarentur ac tollerentur, & ipsi seductores confutarentur, verum etiam in id incubuimus, perpetuo instando & solicitando apud gubernatores, & alios, ut ordine ac legitime (sicut in tantis rebus ac domo Domini decet) omnia peragerentur.*

Mc.

Merentur legi in jam citata præfatioue, quæ tum de ista Vina-  
riensi disceptatione tum aliis tunc gliscentibus controversiis, & quomodo  
iis obviam itum prudenter fuerit, graviter MUSEUS monet; & confer-  
si possunt, quæ idem, peculiari Scripto contra Flacium, in quo sen-  
tentiam suam declarat de peccato Originli aquod non sit substantia, sed ex-  
trema ejus corruptio, tam juxta materiam, quam formam, ut non minus Pela-  
gianismus atque Manichacismus excludatur & damnetur, tradit, ( Liti-  
D. 2. b. l. sq. Jeuæ M. D. LXXII. impress. ) de triplici hominum genere,  
quod, vigentibus & invalescentibus controversiis & cretaminibus in  
Ecclesia, inter spectatores solet oriri qui eis ad suam ipsorum pernici-  
em abutuntur, & justam reprehensionem commerentur; probata  
admodum Magnif. Dn. D. VVERNSDORFIO in prefat, ad M. David  
Hollazii Scrutin. Verit. 1711. in 4<sup>o</sup> edit. ( AEteruus Victorinus Strige-  
lius quicunq; Disputatio Vinariensis fuit instituta, vir cætera quidem  
doctissimus, quod perplura ab ipso edita Scripta, & commentarii, in  
plures scripturæ libros, manifestum faciunt, sed in negotio religionis,  
veræ sententiæ modò defensor, modo ejusdem rejector & damnator  
fuit, unde merito Proteus quidam vertiginosus. Lucianista ac apostata  
versipellis est cognominatus. In primis vero autor ac defensor fuit  
horribilissimarum circa mysterium SS. Synaxeos blasphemiarum.  
Quas cum in Academica Lipsiæ publice evomuisset, clam fuga arrepta,  
ad Cinglianos & Calvinistas profectus est, ut inde demum aperto qua-  
tri Marte, orthodoxam Lutheri doctrinam impugnaret, sed eum, brevi  
post divina justitia, stupendo modo, punivit Cum enim mensæ  
accubitus manus lavare vellet aliquando, repentino ac arcano divi-  
næ vindictæ iactu taetus, in genua procidisse, & blasphemam efflavisse  
animam Heidelbergæ Anno M. D. LXIX. die 26. Junii. memoratur.  
O si Scyllam blasphemarum opinionum hodienum plures evitare ma-  
jori studio curaque molirentur! Quam strenue autem D. SIMON  
MUSAEUS ille bella Domini quæ isto tempore gerenda omnino, in-  
surgentibus contra veritatem divinam variis hostibus bellavit, & qua-  
lem se hac in parte præsttit, talem & cogoscimus eum aliis in scriptis  
cedro dignis e quibus Lutherò præcipue propria suavitas gravitas-  
que proponendi clare & exponendi capita fidei, ad salutem necessaria,  
elucet. Est in manibus nostris Ejus explicatio pericoparum utrarum-  
que Evangelicarum pariter & Epistolicarum, singulis cujusvis anni  
Do ninicis diebus, pro contione, proponendarum, in quarum expli-  
catione ita versatur MUSAEUS, ut ad certa Catecheses Lutheri capita,  
quemvis textuum illorum, referat, ut simpliciores juxta ac cæteri,  
puncta

puncta creditu ad salutem necessaria hot magis cognoscere & in usum suum transferre queant, & Evangeliorum quidem Dominicalium explicationem Illustrissimo tunc nostris terris imperanti HENRICO RUTHENO, anno M. D. LXVI. inscripsit, Epistolarum vero, IOHANNI VVILHELMO Principi Saxoniz. Catecheseos, quæ dicitur, seu Institutionis illius, qua fidei veræ puncta a Lutherò nostro, perspicue, ad normam verbi divini traduntur, perpetuus amator ac estimator fuisse animadverritur, unde & ipse ejus modi institutionem, seu *Catecheticum Examen* scripsit, & in lucem edidit, cum Thorunii in Borussia doceret, anno M. D. LXIX. in 4to. in cujus libri præfamine non satis commendare & prædicare novit, quanto usui omnibus esse queat, si ad *Catecheseos Capita*, quæunque in toto Codice Sacro legimus, referamus & ista fidei capita in ista lectione investigemus, quæ nostræ fidei dedicis, alibi a nobis producta probe observari perpetuo optamus. Ejusdem expositionem I. præcepti producunt Autoris der Unschuld. Nachricht Anno 1716. p. 1208. De *Confessione Nostra Ruthenica*, cedro omnino digno Scripto, quod si non solum primum tamenet primariam Autorem Musæum agnoscit, in quo pariter *Catechismi* capita urget, creviter dici jam non poterit. Nec in ipsis Scriptis, universis ac singulis erroribus Pseudo doctorum, redarguere intermittit unquam, seculis ac Novatores nostri faciunt qui vix unquam in suis, quas protulserunt in vulgo, sermonibus sacris, errores, veræ religioni adversos, taxare audent, ut inde quoque, *civis ipsos religioni*, favere, apertum fit. Docuit vero Musæus noster, quam DEI providentiam singularem agnoscamus, XIV. in locis, nempe Norinbergæ Furstenwaldæ in Marobia, Grossenæ ad Oderam Vratislaviæ in Silesia, Gotha, Eisfeldæ in Franconia, Iena ut professor Theologiæ Bremæ ad Visurgin, Suerini apud Megapolitanos, apud nos Gera, Thorunii in Borussia, Coburgi, Soestii in Westphalia, Mansfeldæ, ubi & beate obiit. Scripsit quoque expositionem *Geneseos* seu libri I. Mosis, ita quidem, ut tria potentissima regna videlicet I. Naturæ per creationem, II. Diaboli, per Adami lapsum, III. Christi per revelationem Evangelii, monstraret Magdeburgi Anno M. D. LXXVI. in fol. impres.

Obiit beate tandem, post varias easdemque ingentissimas, quas expertus erat, calamitates Museus noster, Mansfeldæ, ubi Decanatum Ecclesia Pesfit, Anno M. D. LXXVI. d. 11. Julii. Et de vitae Ejus exitu e M. Henrici Rothii, Conc. funebr. p. II. lit. Aaa. 4. aliqua excerptus, fautor fin.

Singularis D. Georg. Henr. Grätzius, Superintend. Lubecens. in Disquisit.  
Sacra, num Phraso, opera Josephi ad veram Ecclesiam perductus fuerit, Lu-  
bec. Anno M. DCC. XII. propos. p. 7. Quarum summa hæc est: Licet  
D. Sim. Musæus pluribus in locis, plurima indiguissima perpesus fuerit,  
tamen Mansfeldia, sub finem vitæ, longe acerbissima perpeti ad huc co-  
actus fuit. Febri ultimo correptus maligna, & viribus exhaustus, ob  
exantlatos labores quosvis maximos, ad quietem aspirauis magno de-  
siderio; priusvero. saepius iterumque, fidem suam, coram omnibus  
præsentibus profesus animose, Spiritu S. juvante illi, quam per omne  
vitæ suæ spatium alios docuerit doctrinæ in scriptis quoque suis com-  
prehensæ, inhæxere se constantissime velle testatus est, provocavit eti-  
am præcipue ad Commentarium suum in *Genesim*, gavilusque est, il-  
lum librum, tanquam testimonium doctrinæ a se propositæ, DEI ope  
ante finem vitæ suæ typis excusum esse, quem laborem ultimum Ec-  
clesiæ testamento quasi relinquere & consecrate velit, & sic tranquilla  
conscientia, lætoque animo beatissime finivit. Nos DEUM veneramus  
devote & oblectamur, ut Musæi istius similes & concedat clementissime  
perpetuo, & quos adhuc concessit, diu servet in columnes. Sed nomi-  
nandi adhuc nobisveniunt illi, qui, dum de *Sacrorum emendatione*, medi-  
ante Megalandri Lutheri Ministerio in Ecclesiis instituta dice te quædam sin-  
gulis annis jpublice Nostros voluimus, & jam e cathedra publica Lycei  
nostræ, dicere quædam voluere, videlicet IV. melioris & ingenii & spei  
Adolescentes, quorum,

I. Henricus Gottlob Winckler/

II. Gottfried Heinrich Scherzer.

III. Johann Michael Loh/ Grosensteinio Misnicus,

IV. Georg Christoph Wolff/ V Vonfidelensis.

Hi IV. de *Apostasia & vera religione*, & prima videm qvice in cathetra pu-  
blica latine perorabunt. Quos ut Illustrissimi *Commites ac Domini Cle-  
mentis simi, & Venerandi maxime Dnn. Inspectores & Eruditi*  
reliqui benignè audiunt, sub misse rogamus P. P. Domin.

I. Advent. M. DCC. XVIII,

} Gerani.

